

AperTO - Archivio Istituzionale Open Access dell'Università di Torino

Humor/Humeur

This is a pre print version of the following article:

Original Citation:

Availability:

This version is available <http://hdl.handle.net/2318/1932293> since 2024-04-29T12:23:12Z

Publisher:

Vrin

Terms of use:

Open Access

Anyone can freely access the full text of works made available as "Open Access". Works made available under a Creative Commons license can be used according to the terms and conditions of said license. Use of all other works requires consent of the right holder (author or publisher) if not exempted from copyright protection by the applicable law.

(Article begins on next page)

Pre-print;

Published version in *Nouvel Index scolastico-cartésien*, ed. Igor Agostini, Paris, Vrin, forthcoming.

HUMOR

HUMEUR

Tables des matières

1. Humeur comme qualité en général
 - 1.1. Doctrine de Thomas de Aquin (humeur comme cause des saveurs)
 - 1.2. Doctrine des Conimbricenses (humeur comme cause des sensations en général)
2. Humeur comme qualité en physiologie
 - 2.1. Doctrine des Conimbricenses (humeur comme composante de la santé)
3. Humeur comme substance en général
 - 3.1. Doctrine de Thomas de Aquin (humeur comme cause des sensations et des phénomènes météorologiques)
 - 3.2. Doctrine des Conimbricenses (humeur comme composante de la fermentation, de la pluie de sang et de la transformation des éléments)
 - 3.3. Doctrine de Suárez (humeur comme composante de la terre)
4. Humeur comme substance en physiologie
 - 4.1. Doctrine de Thomas de Aquin (humeur comme composante de la santé)
 - 4.2. Doctrine de Duns Scot (humeur comme résultat d'une séparation de substances et comme cause de sensations)
 - 4.3. Doctrine des Conimbricenses et de Eustache de Saint-Paul (humeur comme condition de l'imagination, de la mémoire, des passions)
 - 4.4. Doctrine de Cajétan (humeur comme le sperme et les excréments)
 - 4.5. Doctrine de Suárez (humeur comme facteur de digestion et de vie, comme instrument de l'âme, doctrine des quatre humeurs)

Textes

1. Humeur comme qualité en général

1.1. Doctrine de Thomas de Aquin (humeur comme cause des saveurs)

Thomas de Aquino, *Sentencia libri De sensu et sensato*, tractatus I, ed. Leon. XLV/2 58-59

Alii vero sapes causantur secundum quod humidum medie se habet, quia nec totaliter est consumptum nec totaliter est indigestum. Quia enim sapor propinquius sequitur **humorem** quam calorem, non oportet considerare medium et extrema secundum calidum, set secundum humidum aliquid passum a sicco et calido, quia in hoc principaliter consistit natura saporis.

1.2. Doctrine des Conimbricenses (humeur comme cause des sensations en général)

Conimbricenses, *In libros Physicorum*, liber I, caput V, quaestio II, articulum I, ed. 1593 133

Quatuor primariæ qualitates, quæ sub sensu cadunt, videlicet calor, frigus, **humor**, siccitas sunt prima contraria, cum non orientur ex aliarum qualitatum permistione.

Conimbricenses, *In libros Physicorum*, liber II, caput IX, quæstio V, articulum II, ed. 1593 370

Quartum, primarum qualitatum, quæ sensu percipiuntur, caloris inquam, frigoris, siccitatis, **humoris** complexio, e quarum temperatura animantium salus, integritasque dependet.

Conimbricenses, *In libros De cælo*, liber II, capitulum III, explanatio ad textum 19, ed. 1597 189

Ex eo quod elementa extrema sint, debere quoque media extare inde colligit [Aristoteles], quia non

extrema solum inter se, sed etiam media, et universum quodlibet elementum cum alio aliquam habet contrarietatem [...]. Nam aer contrariatur aquæ calore, terræ humiditate ; aqua repugnat aeri frigiditate; terræ **humore**. Item ignis adversatur aquæ calore [...].

[*Index*, p. 93-94, texte n. 157bis]

Conimbricenses, *In libros De cælo*, liber III, quæstio I, articulum I, ed. 1597 424

De elementorum numero discrepantes fuere sententiæ philosophorum [...]. Quod tamen quatuor, nec plura, nec pauciora sint, statuerunt post Hippocratem Plato, Aristoteles, et utriusque scholæ alumni magno consensu. Colligunt autem hunc numerum multis modis. Primum ex quadripartita varietate primarum tactilium qualitatum, scilicet : caloris, frigoris, **humoris**, siccitatis, e quibus coniugationes quaternæ multiplici inter se fœderis nexu sociatæ, ac singulis elementis accommodæ efficiuntur [...] Nam terra sicca est et frigida; aqua frigida et humida, atque hæc duo elementa licet per **humorem** et siccitatem sibi adversentur, per frigiditatem tamen iunguntur : aer humidus et calidus est, et cum aquæ contrarius sit calore, ei tamen humiditate copulatur; super hunc ignis calidus et siccus aeri resistit siccitate, cum quo tamen calore nequitur. Et ita fit ut singula elementa duo sibi hinc inde vicina singulis qualitibus, velut quibusdam amplectantur ulnis. Aqua terram frigore, aerem **humore**; aer aquam humiditate, ignem calore; ignis aerem calore, terram vero siccitate. At hæc vinculorum varietas, sine qua mundi harmonia nullatenus cohaeret non nisi inter quatuor elementa esse potest [...].

[*Index*, p. 93, texte n. 157]

2. Humeur comme qualité en physiologie

2.1. Doctrine des Conimbricenses (humeur comme composante de la santé)

Conimbricenses, *In libros De generatione et corruptione*, liber I, caput IV, explanatio, ed. 1597 25

[...] cum sanitas nihil aliud sit, quam calor, frigus, siccitas, **humor** cum certa proportione ad naturam subiecti.

3. Humeur comme substance en général

3.1. Doctrine de Thomas de Aquin (humeur comme cause des sensations et des phénomènes météorologiques)

Thomas de Aquino, *Sentencia libri De sensu et sensato*, tractatus I, ed. Leon. XLV/2 64

[...] dictum est enim circa sapes quod humidum aqueum patitur a sicco terrestri et sic reducit per actionem caloris ad hoc quod sit saporosum : in generatione autem odoris est activum humidum enchymum (et dicitur enchymum ab en, quod est in, et chimus, quod est **humor**, quasi **humore** existente imbibito et incorporato alicui sicco).

Thomas de Aquino, *Sentencia libri De sensu et sensato*, tractatus I, ed. Leon. XLV/2 65

Secundo manifestat idem in lapidibus et lignis : et dicit quod lapis solidus et durus caret odore, quia non habet prædictum **humorem** a quo odor causatur, propter magnam sui terrestritatem ; set ligna habent odorem, quia habent aliquid de prædicto **humore**, quod patet ex hoc quod sunt inflammabilia propter pinguedinem in eis existentem ; unde ligna que habent **humorem** magis aquosum et minus pinguem quasi non comprehensum a sicco, sunt minus odorabilia, sicut patet de ligno populeo ; ligna autem abiegna et pinea sunt multum odorabilia propter pinguedinem **humoris** ipsorum. [...] Tercio manifestat idem in metallis, inter quæ aurum est minime odorabile eo quod caret prædicto **humore**, quod contingit propter eius magnam terrestritatem, que significatur ex maximo pondere eius, est enim ponderosius ceteris metallis ; set es et ferrum est odorabile, quia humidum in eis digestum et imbibitum a sicco, et non totaliter ab eo separatum sicut in auro ; unde et scorie eorum propter adustionem humidi quod est in eis sunt minus odorabiles ; argentum vero et stannum sunt magis odorabilia quam aurum, minus vero quam es et ferrum : habent enim **humorem**

magis aquaticum et minus comprehensum a sicco quam es et ferrum [...].

Thomas de Aquino, *Sententia super Meteora*, liber I, caput VI, lectio IX, ed. Leon. III 349

Quia dicebant quod ab ipsa stella attrahitur quidam **humor** ; et cum ponerent quod visus fieret extramittendo, posuerunt quod radius visualis pertingens ad illum **humorem** attractum ab ea, repercutitur usque ad solem ; et sic ille vapor attractus est quasi quoddam speculum igneum solis (nam repercussio est causa quod aliquid in speculo videatur) ; et ita dicunt fieri comam.

Thomas de Aquino, *Sententia super Meteora*, liber II, caput VI, lectio IX, ed. Leon. III 405

Secundam dubitationem solvit ibi : quod autem fit vaporans et cetera. Et est haec dubitatio : cum aqua maris sit salsa, unde contingit quod e vaporibus resolutis ab aqua maris generatur aqua dulcis? Et ad hoc solvendum dicit : iterum dicendum est quod illud quod evaporat in mari, quando condensatur, fit aqua potabilis et dulcis ; et ideo non convertitur in mare, idest in aquam salsam, sed in aquam simpliciter. Et hoc idem patiuntur alia ; sicut vinum et omnes **humores**, cum condensantur, convertuntur in aquam simpliciter ; cum enim evaporant, vapores illi condensati convertuntur in aquam. Et huius ratio est, quia principium omnium **humorum** est aqua ; resolvuntur autem omnia in sua principia. Omnia autem alia humida generantur ex aqua per aliquam passionem vel alterationem ; quae passiones variantur propter admixtionem, et fit sapor eius secundum conditionem eius quod miscetur. Et propter hoc in generatione variatur aqua, et fit salsa. Sed quia unumquodque resolvitur in suum principium simpliciter, ut dictum est, consequens est ut tam ex aqua maris salsa, quam ex omnibus **humoribus**, cuiuscumque sint vaporis, per evaporationem generetur aqua simpliciter.

3.2. Doctrine des Conimbricenses (humeur comme composante de la fermentation, de la pluie de sang et de la transformation des éléments)

Conimbricenses, *In libros Meteororum*, tractatus I, caput I, ed. 1593 5

Est autem vapor, halitus sive spiratio calida et humida, quæ ex **humore** aqueo prodit, qualem videre est ascendentem ex aqua, quæ in olla subiecto igni effervescit.

[Gilson, *Les idées et les lettres* (1955), 213; Gilson, *Études sur le rôle de la pensée médiévale dans la formation du système cartésien* (1967), 112]

Conimbricenses, *In libros Meteororum*, tractatus II, caput II, ed. 1593 17

[...] oriturque nonnunquam ex sudore animalium præcalidi temperamenti, cum velociori agitato incalescunt, et pinguem, viscosumque **humorem** ex se proferunt, qui similiter atque ignis fatuus incenditur.

Conimbricenses, *In libros Meteororum*, tractatus VII, caput II, ed. 1593 61

Quibusdam placet vehementem Solis ardorem e locis cruentis, seu aliquo rubenti succo madidis, **humorem** sanguineum, rubicundumve attrahere, qui una cum pluvia decidat, eamque intingat, atque ita pluviam sanguineam apparere.

Conimbricenses, *In libros De generatione et corruptione*, liber I, caput IV, quæstio XVIII, ed. 1597 131, 138, 139

Prima huius consecutionis pars suadet, quia cum, exempli gratia, aqua in aerem vertitur, si aquæ **humor** corrumpitur, a nullo corrumpitur ; non enim ab **humore** aeris [...]. [...] dicendum, cum ex aqua aer gignitur, corrumpi aquæ **humorem** non per se, sed per accidens ad corruptionem subiecti. [...] Debet enim tunc ignis a materia aquæ **humorem**, et frigiditatem remove : a materia vero aeris solum **humorem** ; quamvis in ipsa momentanea formæ introductione omnes qualitates, quæ in re intereunte extiterant, pariter deleantur.

3.3 Doctrine de Suárez (humeur comme composante de la terre)

Suárez, Francisco, *Tractatus secundus de opere sex dierum*, liber II, caput VI, ed. Vivès III 138-139
Hoc tamen, ut verum fatear, non satis intelligo, nam si **humor** ille aqueus est aliqua substantia corporea tunc in hoc orbe terra nulla erat præter elementum aquæ et terræ : ergo ille **humor** esset vera aqua, atque ita non omnis aqua fuisset a terra seiuncta. Si vero ille **humor** non est substantia, erit aliqua humiditas, quæ est dispositio contraria naturali conditioni terræ : ut simplex elementum est. Quapropter non credo indigere elementum terræ extrinseco **humore** aqueo, ut in se compactum, et in suis partibus integrum, et continuum subsistat.

4. Humeur comme substance en physiologie

4.1. Doctrine de Thomas de Aquin (humeur comme composante de la santé)

Thomas de Aquino, *In libros Physicorum*, liber II, caput II, lectio IV, ed. Leon. II 65
[...] sicut medicus cognoscit sanitatem ut formam, et choleram et phlegma et huiusmodi sicut materiam in qua est sanitas, nam in contemperatione **humorum** sanitas consistit [...].
[Perini, "Novum opus examinatur quod inscribitur...", in *Divus Thomas* 68, no. 1 (1965): 129–52.
<http://www.jstor.org/stable/45077425>: p. 131;]

Thomas de Aquino, *In libros Physicorum*, liber VII, caput III, lectio V, ed. Leon. II 339-340
Sanitas enim, quæ est quaedam virtus corporis, est quaedam commensuratio calidorum et frigidorum ; et dico hanc commensurationem fieri, secundum debitam proportionem eorum quæ sunt infra, id est **humorum** ex quibus componitur corpus, ad invicem et ad continens, id est ad totum corpus. Aliqua enim contemperatio **humorum** est sanitas in leone, quæ non esset sanitas in homine, sed eius extinctio ; quia eam humana natura ferre non posset.
[Rhabanus Laubenthal, *Das verhältnis des heiligen Thomas von Aquin zu den Arabern in seinem Physikkommentar* (1934), 83; Guy Guldentops, Carlos G. Steel (eds.), *Henry of Ghent and the Transformation of Scholastic Thought* (2003), 147]

4.2 Doctrine de Duns Scot (humeur comme résultat d'une séparation de substances et comme cause de sensations)

Duns Scotus, *In libros Physicorum*, liber I, quæstio X, ed. Durand II 41
[...] officium iecoris est nutrimentum, quod accipit perficere ad sanguinis generationem, in confuso omnes quatuor continentur **humores**, scilicet flava bilis, qui est **humor** cholericus, atra bilis, qui est melancholicus **humor**, et pituita, quæ est phlegma, et sanguis, separanturque a natura provida ad nutriendum animal. Atra bilis in liene, flava bilis in vesica fellis, manentque sanguis. Phlegma, quod est sanguis imperfecte decoctus. Et hi simul **humores**, qui sunt apti ad nutriendum, dimittuntur per venam quandam magnam, quæ nascitur a parte convexa hepatis, quæ est veluti quidam sanguinis ductus, per quem derivantur aliqui rivuli, sive sanguinis vena per totum corpus dispersa, per quas distribuitur sanguis ad omnes partes animalis, habet autem huiusmodi sanguis admixtos quosdam **humores** veluti aqueos qui virtute renum attrahuntur, per urinam deiciuntur, unde urina superfluum est ex digestionem hepatis.

Duns Scotus, *Quæstiones super libros De anima*, quæstio IV, ed. Durand II 493
Præterea, aliqui **humor** potabilis positus super medium gustus, scilicet supra carnem linguæ, sentitur ; ergo multo magis positus super organum.

Duns Scotus, *Quæstiones super libros De anima*, quæstio VI, ed. Durand II 497-498

Si autem immutatio sit naturalis ex parte organi, sic habemus gustum et tactum. Sed differunt, quia organum tactus immutatur a calore et qualitate sensibili quæ est eius obiectum immediate, vel saltem potest ab ea immediate immutari; gustus autem non potest immediate immutari a sapore, qui est eius obiectum, sed mediante **humore** coniuncto linguæ. [...] Aliter etiam posset dici, quod gustus est quidam tactus ratione medii requisiti utrobique, quod est idem se, scilicet corpus humidum, gustus enim capit saporem mediante humido, seu **humore** salivali coniuncto; tactus etiam sit mediante aere, vel aqua, quanto extrema tangentium se, non sunt sicca, ut dictum est supra; tamen illud medium in tactu est accidentale, non autem in gustu, ut dictum fuit supra.

4.3. Doctrine des Conimbricenses et de Eustache de Saint-Paul (humeur comme condition de l'imagination, de la mémoire, des passions)

Conimbricenses, *In libros Physicorum*, liber I, caput I, quæstio IV, articulum III, ed. 1593 82
Ad tertium, dicendum cum Gregorio in 1. d. 3. quæst. 4. art. 3. et Ochamo d. 3. quæst. 6. pueros non iccirco primum omnes viros patres appellare, quod communem patris, aut viri rationem primo concipiant, sed quia **humore**, et ea, qua in **humor** exhalat, nebula cerebrum occupante, adeo in illis interior sensus obductus est, adeoque imperfecte et quasi per umbram operatur, ut singularia illa non nisi sub imperfecta et vaga notione percipiant [...].

Conimbricenses, *In libros Physicorum*, liber II, caput IX, quæstio III, articulum III, ed. 1593 364
Ac cum libertate careant, eis necessario obtemperant, lætaturque aut contrahuntur pro **humorum** nunc se diffundentium, nunc colligentium varietate; et affectus, effectusque alios secundum diversam phantasiæ apprehensionem.

Conimbricenses, *In libros qui Parva Naturalia appellantur, De memoria et reminiscentia*, caput X, ed. 1593 19
Qui fieri potest, ut senibus ob nimia siccitatis accrementum memoria deficiat, cum videamus eos pituita, et **humoribus**, quos assidue excreant, abundare? R. Quia licet senes **humoribus** adventitiis, et noxiis scateant, deferuntur tamen ab humido nativo, cuius idonea commixtio organum memoriæ attemperat.

Conimbricenses, *In libros qui Parva Naturalia appellantur, De somno et vigilia*, caput II, ed. 1593 23, 32-33, 35
Secundo, quia iccirco infantes, et phlegmatici somniculosi sunt, senes vero, et melancholici pervigiles, quia illi **humore** fumeo: hi siccitate abundant [...]. Quod si eiusmodi **humores**, vel aliud quid simile, quod expirationem edat, non subsit quantumlibet se calor interius condit, vigilia laborem excipit, ut interdum sit. [...] Cur primus somnus arctior esse solet? R. Quia initio maior **humoris** copia insuperas partes evadit. [...] Cur autem nonnulli, ubi se somno tradiderint, confestim sudant, causa est, quia retentrix facultas destituta a calore in viscera fugiente, **humorem**, quem veluti prehensum tenebat, dimittit, non aliter quam in deliquio mentis, quo totum corpus repentino sudore madet.

Conimbricenses, *In libros qui Parva Naturalia appellantur, De somniis*, caput IV, ed. 1593, 42
Adde etiam sicuti in vigilia, ita et in somniis movere nonnunquam Angelos corporis **humores** ad excitandum utilem alicuius rei affectum et cogitationem.

Conimbricenses, *In libros qui Parva Naturalia appellantur, De somniis*, caput V, ed. 1593 43-44
Naturalia somnia dicuntur, quæ ex affectione corporum, temperamento, **humorum** incursionibus, aliisque eiusmodi nascuntur. [...] Similiter quibus animalis vis **humorum** multitudine premitur, gravia quædam ferre onera sibi videntur. [...] Adde etiam fieri posse ut absque transmissione speciei facta insomniis excitetur in phantasia, aliqua talium rerum apprehensio ex speciei ibi infixæ,

modificata tamen per **humorem** in corpore dominantem.

Conimbricenses, *In libros qui Parva Naturalia appellantur, De somniis*, caput VI, ed. 1593 47
Verum quia eiusmodi somnia admodum obscura sunt et vix apparentia ob redundantiam **humoris** et organorum defectum in ea ætate : iccirco Aristoteles nolens ea vocare insomnia, negavit infantes somniare.

Conimbricenses, *In libros Meteororum*, tractatus VIII, caput VI, ed. 1593 85
Receptumque est apud medicos Lunam e quatuor **humoribus** pituitam, quæ aqueæ naturæ est, augere.

Conimbricenses, *In libros De generatione et corruptione*, liber I, caput IV, quæstio XXIV, ed. 1597 172-173

Quod igitur nullus quatuor **humorum** anima sibi peculiari informetur, ex eo ostendi potest ; quia omne corpus animarum, est affectum organis, habetque vim nutriendi, et ab interno principio augetur ; quod nulli quatuor **humorum** convenit. Deinde quod neque animentur anima totius, ita probatur. Ea, quæ sibi continuata non sunt, neque ut sub unius formæ unitate coalescere ; cum numero inter se distinguantur ; sed sanguis, alique **humores** non sunt continuati cæteris partibus animalis.

Conimbricenses, *In libros De generatione et corruptione*, liber I, caput V, quæstio III, ed. 1597 223
Hic vero chylus in massam quandam evadit, quæ χυμός dicitur, in quo quatuor simul **humores** visuntur, sanguis, pituita, flava bilis, et melancholia. Horum autem permistione, ortumque Galenus lib. 2. de naturalibus facultatibus cap. 9. et lib. 4. de usu part. cap 3. alique e recentioribus medicis declarant exemplo vini nuper ex uvis expressi, et in dolia infusi, quod innato calore adhuc effervescit, concoquitur, secernitur. In eo quippe substantiæ quatuor inter se distinctæ apparent. Nam vini flos, qui levis, et ærius est, supernatat ; fæx gravis, ac terrestris deprimitur, et subsidit ; crudus quidam **humor**, et aquosus una cum vino permistus circumfertur.

Conimbricenses, *In libros De cælo*, liber III, quæstio I, articulum I, ed. 1597 424-425
[...] Probatur idem numerus ex coagmentatione mixtorum corporum, quæ non ex uno, tribus aut duobus tantum, sed ex quatuor elementis collato inter se fœdere emergunt. Qui etiam numerus cernitur in quatuor **humoribus** : sanguine, flava bili, atra bili, et pituita ; similiter in quatuor temperamentis : sanguineo, bilioso, melancholico, phlegmatico, quæ omnia quatuor elementis ingenii naturæque convenientia respondent [...].

Eustachius a Sancto Paulo, *Summa philosophiæ*, pars II/2, tractatus II, disputatio II, quæstio II, ed. 1609 I 68-69

Potest autem immutare phantasiam seu imaginationem. Potest autem immutare phantasiam angelus, non quidem nova aliqua phantasmata producendo, sed excitando seu agitando **humores** et spiritus animales qui in cerebro resident. Ex illa enim commotione seu agitatione **humorum** et spirituum, oritur in imaginatione varia et multiplex rerum sensibilium repræsentatio et æstimatio : unde varii affectus in appetitu et voluntate nascuntur.

Eustachius a Sancto Paulo, *Summa philosophiæ*, pars II/3, tractatus II, disputatio I, quæstio III, ed. 1609 I 125-126

Tertia est naturale corporis temperamentum : qui enim melancholico **humore** abundant, ad tristitiam sunt procliviores, et quæ solent melancholicum **humorem** gignere, ut studia, vigiliæ, ærumnæ, et alimenta quædam tristitiam quoque pariunt. Quarto loco tristitia sibi ipsi causa est : nam quo plus tristamur, eo plus **humoris** melancholici accumulamus, et sic prioniores in mœrorem efficimur.

Eustachius a Sancto Paulo, *Summa philosophiæ*, pars III/3, tractatus II, disputatio II, quæstio IV, ed. 1609 II 302-303

De quatuor primis humoribus.

Præcedenti quæstione insinuavimus chymum qui in secunda coctione conficitur a iecoro, ex quatuor **humoribus**, nempe sanguine, pituita, flava, et atra bile constare, qui ideo primi dicuntur, quod ab ipsis imprimis omnis ratio temperamenti dependeat ; unde facile colligi potest quatuor istos **humores** a solo et in solo iecore confici, nisi dicas, quod valde probabile est, aliquid pituitæ in ipso ventriculo generari. Duæ autem supersunt difficultates de ipsis **humoribus** explicandæ.

Prior est : an recte assignentur quatuor supradicti **humores**, ita ut nec plures nec pauciores sint. Respondetur ita esse, tum quia ex ipsa anatomia patet, totidem nec plures nec pauciores in chymo visuntur ; tum quia facta venæ dissectione iidem quatuor in vasculo discernuntur. Adde præclaras convenientias quæ a Medicis et Physicis afferuntur ad quaternarium istum numerum comprehendendum, ut quod quatuor illi **humores** quatuor primis qualitibus, item quatuor elementis, totidem ætatis et anni tempestatibus respondeant.

Posterior difficultas, quo modo inter se differant. Respondetur probabilius videri quod essentialiter differant, nec incommodum esse ex eadem massa, licet non ex eiusdem complexionis partibus, effectus specie diversos ab eadem causa æquivoca procreari. Sunt autem præter essentielles differentias, pleræque accidentariæ quæ sunt illarum vestigia. Sic enim consistentia, colore, sapore, complexione et operatione seu effectu differunt. Sanguinis enim consistentia tenuis est, flavæ bilis seu cholerae tenuior ; pituitam crassa et viscosa aliquantulum, atra bilis vero seu melancholiæ solidior et longe crassior. Sanguis colore rubens est, cholera subflava, pituita alba, melancholia vero nigra. Sanguis sapore dulcis est, cholera amara, melancholia acida, pituita vero, quia naturam aquæ imitatur, insipida. Sanguinis complexio est humida et calida, cholerae calida et sicca, melancholiæ sicca et frigida, pituita frigida et humida. Denique sanguis reddit eos in quibus prædominatur hilares, bone coloratos et optimi temperamenti ; quod si plus æquo abundet, reddit stupidos et hebetes. Pituita vero facit homines somnolentos, pigros, obloviolos : cholera reddit iracundos, macilentos, agiles, ingeniosos ; melancholia, si cum aliis **humoribus** rite attemperata sit, constantes facit, solertes et ingeniosos ; si vero debito flavæ bilis et sanguinis temperamento destituta fuerit, sapidos et meticulosos efficiet.

[*Index*, p. 135-136, texte n. 219 ; Agostini 2020, p. 139 ;]

4.4. Doctrine de Cajetan (humeur comme le sperme et les excréments)

De Vio, Thomas [Cajetanus], *Opuscula omnia*, tractatus XXII, ed. 1558 I 133

In corpore demum ne putent omnem effluxum **humoris** esse seminationem, est enim præter urinam et semen, tertius quidam **humor**, qui ex calefactione seu ex inflammatione carnis fluit.

4.5. Doctrine de Suárez (humeur comme facteur de digestion et de vie, comme instrument de l'âme, doctrine des quatre humeurs)

Suárez, Francisco, *Tractatus tertius de anima*, liber II, caput IV, ed. Vivès III 587

[...] sitis deinde causatur, quando ventriculus indiget **humore** potus ad cibos bene concoquendos, sine potu enim alimentum coctum fit simile ustioni, venæ etiam cum alimento attrahunt **humorem** necessarium, ex quo sicari contingit ventriculum, et ita causatur sitis.

Suárez, Francisco, *Tractatus tertius de anima*, liber II, caput V, ed. Vivès III 589, 590

Sciendum est ergo quæstionem hanc non esse specialem de sanguine, sed communem de quatuor **humoribus**, nam omnes necessarii sunt ad conservationem viventis, licet non omnes eodem modo deserviant in alimentum. [...] Denique in sanguine et aliis **humoribus** non invenitur operatio : ergo neque animæ informatio. Antecedens patet, tum quia neque sentiunt, neque continuantur cum parte

sentiente, ut constat experientia, docetque Aristoteles 3, de Historia , c. 19, tum quia non nutriuntur, sed per additionem crescunt, sicut aqua. Respondent vero nonnulli **humores** in formari anima non quidem ut anima est, sed ut est forma. Verum contra ordinem naturæ est dari animam, ubi nulla operatio animæ apparet, natura enim unicuique rei præbet operationes illi conformes.

[Dennis Des Chene, *Life's Form: Late Aristotelian Conceptions of the Soul* (2000), 198]

Suárez, Francisco, *Tractatus tertius de anima*, liber III, caput XVIII, ed. Vivès III 674

[...] unde vitreum **humorem** ex interiori parte ambit tunica dicta reticularis, quia intexta est multis venis, et arteriis in modum retis, cuius munus, ait Galenus supra capite secundo, est parere, ministrareque alimentum dictis **humoribus**, qui quoniam molles sunt, neque venas habent, neque arterias. Post hanc vero tunicam sequitur alia, quæ uvea nuncupatur, quod similis sit uvæ folliculo, ambitque ex omni parte pupillam vitreumque **humorem** relicto solum quasi foramine per quod crystallinus **humor** apparet [...].

Suárez, Francisco, *Tractatus quartus de actibus qui vocantur passiones*, disputatio 2, sectio 2, ed. Vivès III 457

4. Cur ex actibus appetitus immanentibus sequantur reales transmutationes sanguinis et **humorum**. Solum posset quæri, cum actus appetitus sensitivi sit immanens, cur de illo sequatur transmutatio, cum actus immanens in sua potentia perficiatur, et per hoc non habeat vim ad efficiendum aliquid extra ipsum. Hoc dubium magis ad Philosophum naturalem, quam moralem spectat, sed breviter ex his, quæ D. Thomas, 1, 2, quæst. 17, art. 7, ad 2, et quæst. 33, indicat. Respondetur, hoc provenire ex consensione facultatum et potentiarum, quæ ab eadem anima reguntur, et suo modo ad operandum applicantur, inter quas ea facultas, quæ ad motum localem est, ut appetitui serviat, est potissimum instituta, quatuor etiam **humore**, et spiritus animales, seu vitales diversis appetitus motivus accomodantur, et quasi ex naturali impulsu, vel institutione, hæc omnia anima movet [...].

Loci cartesiani

Humor : *Epistola ad Dinet*, AT VII, 565, B Op I 1428 (ob id quod forte pravi humores, contra eius voluntatem ac citra culpam) ; *Principia*, IV art. CXIV, AT VIII-1 264, B Op I 2108 (Sulphuri autem et nitro carbo admiscetur, atque ex hac mistura, humore aliquo aspersa, granula sive pilulæ fiunt) ; *Regulæ*, IX, AT X 403, B Op II 736 (non pharmaca a Medicis mutuabor, quæ humores quosdam expellant) ; *Primæ cogitationes*, AT XI, 506, B Op II 936 (quas sanguinem sive humorem vitalem dicam) ; AT XI 512, B Op II 946 (Postquam humor iste ex cerebro ad locum infra hepar positum pervenit, ibi stagnat et ita intumescit) ; AT XI 514, B Op II 948 (Valvulæ vasorum cordis confirmant ea quæ dixi: in arteria enim venosa et vena cava non impediunt descensum, sed reditum humorum; contra in arteria magna et vena arteriosa, non impediunt egressum ex corde, sed regressum. Quippe primo genitæ sunt ex eo, quod humor in corde existens egredi voluerit, et intercepta membrana inter humorem ingredi et egredi volentem, replicata est in valvulam) ; AT XI 524, B Op II 962 (Si vero foetus excernat plus solidi excrementi, retineatque intra se aquosos humores, fit naturæ mollioris) ; AT XI 533, B Op II 976 (Valvulæ generantur in locis, in quibus ex una parte humor fluit, ex alia renititur quidem, sed non refluit; in quibus valvularum cavitas necessario fit in illis partibus, in quibus humor non refluit. Tales sunt omnes valvulæ cordis. Tunica in venis et arteriis intus fibras habet rectas, quia humor intus fluens ita fertur) ; AT XI 537, B Op II 980 (Putrefactio autem humoris et adhæsiō et reactio partium ejus ad partes parum distantes; quæ putrefactio cordis igne discutitur, et ita cum humor pervenit ad venas, fit accessio, paulatimque discutitur) ; *Anatomica*, AT XI 550, B Op II 1104 (et videbatur ex illa parte quæ aperta erat, e vena cava in arteriam venosam humor delabi posse, non contra. Si autem superior pars istius membranæ rupta fuisset, tunc potuisset humor ex arteria in venam effluere, non contra) ; AT XI 584, B Op II 1148 (Et suspicor in embryone scrotumi semper humore aliquo distendi: qui humor si foris versus umbilicum reflectatur, format membra masculi) ; AT XI 586, B Op II 1152 (Humor crystallinus valde magnus et fere rotundus erat; notavi etiam humorem vitreum, sed nullum aqueum) ; AT XI 595, B Op II 1164 (Putrefactio autem humoris et adhæsiō et reactio partium ejus ad partes parum distantes; quæ putrefactio cordis igne discutitur, et ita cum humor pervenit ad venas, fit accessio, paulatimque discutitur) ; AT XI 598-599, B Op II 1166-1168 (Inter acres numero spiritus omnes qui per insensilem transpirationem egrediuntur, humoresque illos subtiles ex quibus pustulæ et similia quæ ex flava bili oriri dicuntur. Amaræ autem ad fel et inde ad intestina fere omnes delabuntur. Dulces carnem componunt. Acidæ vehiculum sunt aliarum, itemque salsæ: hæc punctim, illæ cæsime poros omnes aperientes. Salsæ etiam acris permixtæ, ut cera, exasperant. Serosæ, pinguis accurate permixtæ, humores frigidæ fluxiones et pituitam lentam componunt. Pingues autem, ab acris compactæ, humorem melancholicum componunt; et serosas, illarum meatus pertranseunt, in acidas mutant) ; AT XI 601-602, B Op II 1170 (Præter

spiritum animale, constat homo spiritu animali nostro æri homogeneo, humore aquæ homogeneo, et solidis partibus quæ cum terra possunt comparari. Ex spiritus animalis mixtura cum humore fit spiritus vitalis, igni comparabilis. Ex imperfecta mixtura humoris cum partibus terrenis fit sanguis. Imperfectior vero contumaciorumque partium mixtura est flava bilis. Perfectior quidem, sed in qua subtilissimum humoris evanuit, est atra bilis acida. Satis perfecta etiam, sed in qua humor redundat, est urina. Satis perfecta etiam, sed in qua desunt extrema tenuitatis et soliditatis, est pituita lenta et mucus. Perfecta denique efficit carnes, nervos et ossa, prout in ea plus vel minus est solidarum partium. Ungues et pili sunt ejusdem materiæ cum ossibus, nec tamen ita durescunt, quia nimis cito fluidæ partes exhalant. Dentes autem ejusdem profecto materiæ atque cornua, durescunt tamen instar aliorum ossium, quoniam ore tecti plus humoris habent lentiusque coalescunt. Per aures exhalat spiritus excrementitius: unde sibili et tinnitus, cum scilicet spiritus ille a sordibus aurium impeditur ne exeat, illisque allisus tunc sonitum edit. Per oculos etiam spiritus exhalat, ut patet in menstruatibus, quarum oculi vaporem emittere dicuntur: quippe totum corpus mulieris target humoribus, cum emittit menstrua, et quidem crassiore humore per vulvam purgatur, subtiliore vero per altiora, nempe per oculos); *Remedia*, AT XI 642, B Op II 1214 (Crediderim ventriculi cutem esse laxam et porosam, et per quam serosus humor e toto corpore in eum illabatur. Hoc patet ex eo, quod famelicis cibum videntibus humor iste usque in palatum redundet, istis nempe meatibus imaginationis vi laxatis. Quia scilicet humor iste ad digerendos cibos est utilis, ut fœnum, si aqua aspersum recondatur, incalescet et putrefiet); *À Plempius*, 15 février 1638, AT I 522-523, B 146, p. 514 (est quantitas alicuius humoris, tanto facilius illum posse rarescere: et quemadmodum manus nostræ, quo frequentius aliquem motum exercent, tanto paratiores ad eundem repetendum evadunt, sic etiam cor, qui a primo formationis suæ momento indesinenti reciproca intumuit et detumuit, minima vi ad hoc ipsum continuandum posse impelli; et denique ut videmus quosdam liquores quibusdam aliis admistos hoc ipso incalescere atque inflari, sic forte etiam in recessibus cordis nonnihil humoris instar fermenti residere, cuius permistione alius humor adveniens intumescit); AT I 530, B 146, p. 520 (At negas eam esse sanguinis naturam, ut subito rarefiat, quia scilicet non est similis oleo vel pici, sed magis aqueus humor et terreus. Tanquam si solis pinguibus hoc competeret!); *À Regius*, 24 mai 1640, AT III 67-69, B 253, p. 1186-1188 (1^o In ventriculo et intestinis fit, cum cibus ore masticatus et deglutitus, sicut et potus, vi caloris a corde communicati, et humoris ab arteriis eo impulsus, dissolvitur et in chylum convertitur (...) earumque valvulas humoris regressum versus intestina impedire).

Humeur : *Discours*, II, AT VI 9, B Op I 34 (fréquenter des gens de diverses humeurs et conditions); AT VI 14, B Op I 38 (approuver ces humeurs brouillonnes et inquiètes); V, AT VI 54, B Op I 86 (et la production des diverses humeurs qui sont dans le corps); *Dioptrique*, III, AT VI 106, B Op I 154 (trois sortes de glaires ou humeurs fort transparentes, qui remplissent tout l'espace contenu au-dedans de ces peaux [...] Et l'expérience montre que celle du milieu [...], qu'on nomme l'humeur cristalline, cause à peu près même réfraction que le verre ou le cristal); VII, AT VI 157, B Op I 220 (Et c'est pour cette même raison que, ci-dessus, je n'ai point parlé des réfractions que peuvent causer les peaux qui enveloppent les humeurs de l'œil, mais seulement de celles de ses humeurs); *Météores*, IX, AT VI 299, B Op I 400 (nomme l'humeur); VI, AT VI 353, B Op I 468-470 (ou enfin que les humeurs ou les peaux de l'œil aient en quelque façon changé de tempérament ou de figure; car il est fort commun à ceux qui ont mal aux yeux de voir de telles couronnes, et elles ne paraissent pas semblables à tous. Seulement faut-il remarquer que leur partie extérieure [...] est ordinairement rouge, tout au contraire de celles qu'on voit autour des astres; dont la raison vous sera claire, si vous considérez qu'en la production de leurs couleurs, c'est l'humeur cristalline [...] qui tient lieu du prisme de cristal dont il a tantôt été parlé, et le fond de l'œil [...] qui tient lieu du linge blanc qui était derrière. Mais vous douterez peut-être pourquoi, puisque l'humeur cristalline a ce pouvoir, elle ne colore pas en même façon tous les objets que nous voyons); *Passions*, art. XCVIII, AT XI 402, B Op I 2422 (convertir en mauvaises humeurs); art. CLIX, AT XI 450, B Op I 2480 (Mais au lieu que ceux qui ont l'esprit fort et généreux, ne changent point d'humeur pour les prospérités ou adversités qui leur arrivent); *Lettre Apologétique*, AT VIII-2 268, B Op II 188 (qu'un homme de son humeur); *Homme*, III, art. XXXVIII, AT XI 152-153, B Op II 414 (Ce trou n'est pas toujours de même grandeur, car la partie EF de la peau dans laquelle il est, nageant librement dans l'humeur K, qui est fort liquide, semble être comme un petit muscle, qui s'élargit ou s'étrécit par la direction du cerveau, selon que l'usage le requiert. La figure de l'humeur marquée L, qu'on nomme l'humeur cristalline, est semblable à celle de ces verres, que j'ai décrits au traité de la Dioptrique, par le moyen desquels tous les rayons qui viennent d'un certain point se rassemblent à un autre certain point; et sa matière est moins molle, ou plus ferme, et cause par conséquent une plus grande réfraction, que celle des deux autres humeurs qui l'environnent); III, art. XLIII, AT XI 155-156, B Op II 420 (Le changement de figure qui se fait en l'humeur cristalline, sert à ce que les objets qui sont à diverses distances puissent peindre distinctement leurs images au fond de l'œil: car suivant ce qui a été dit au traité de la Dioptrique, si par exemple l'humeur LN est de telle figure, qu'elle fasse que tous les rayons qui partent du point R aillent justement toucher le nerf au point S, la même humeur, sans être changée, ne pourra faire que ceux du point T, qui est plus proche, ou du point X, qui est plus éloigné, y aillent aussi; mais elle fera que le rayon TL ira vers H, et TN vers G; et au contraire que XL ira vers G, et XN vers H, et ainsi des autres. Si bien que pour représenter distinctement le point X, il est besoin que toute la figure de cette humeur NL se change, et qu'elle devienne un peu plus plate, comme celle qui est marquée I; et pour représenter le point T, il est besoin qu'elle devienne un peu plus voûtée, comme celle qui est marquée F); art. XLIII, AT XI 166-167, B Op II, 440 (Premièrement, pour ce qui est des Esprits Animaux, ils peuvent être plus ou moins abondants, et leurs parties plus ou moins grosses, et plus ou moins agitées, et plus ou moins égales entre elles une fois que l'autre; et c'est par le moyen de ces quatre différences que toutes les diverses humeurs ou inclinations naturelles qui sont en nous (au moins en tant qu'elles ne dépendent point de la constitution du cerveau, ni des affections particulières de l'Ame) sont représentées en cette machine. [...]) Et sachez

que toutes les autres humeurs ou inclinations naturelles sont dépendantes de celles-ci ; comme, l'humeur joyeuse est composée de la promptitude et de la tranquillité d'esprit ; et la bonté et la confiance servent à la rendre plus parfaite. L'humeur triste est composée de la tardiveté et de l'inquiétude, et peut être augmentée par la malignité et la timidité. L'humeur colérique est composée de la promptitude et de l'inquiétude, et la malignité et la confiance la fortifient. Enfin, comme je viens de dire, la libéralité, la bonté, et l'amour dépendent de l'abondance des Esprits, et forment en nous cette humeur qui nous rend complaisants et bienfaisants à tout le monde. La curiosité et les autres désirs dépendent de l'agitation de leurs parties ; et ainsi des autres. Mais parce que ces mêmes humeurs, ou du moins les passions auxquelles elles disposent, dépendent aussi beaucoup des impressions qui se font dans la substance du cerveau, vous les pourrez ci-après mieux entendre; et je me contenterai ici de vous dire les causes d'où viennent les différences des Esprits) ; *Description*, III, art. XX, AT XI 247-28, B Op II 542-544 (Mais pour entendre ceci distinctement, il faut considérer que les parties de tous les Corps qui ont vie, et qui s'entretiennent par la nourriture, c'est-à-dire des Animaux et des plantes, sont en continuel changement; en sorte qu'il n'y a autre différence entre celles qu'on nomme fluides, comme le sang, les humeurs, les Esprits, et celles qu'on nomme solides, comme les os, la chair, les nerfs, et les peaux (...) Or outre ces pores par où coulent les humeurs et les Esprits, il y en a encore quantité d'autres beaucoup plus étroits, par où il passe continuellement de la matière des deux premiers Eléments que j'ai décrits en mes Principes; et comme l'agitation de la matière des deux premiers Eléments entretient celle des humeurs et des Esprits, ainsi les humeurs et les Esprits, en coulant le long des petits filets qui composent les parties solides, font que ces petits filets s'avancent continuellement quelque peu, bien que ce soit fort lentement) ; art. XXII, AT XI 249-250, B Op II 546 (Et lorsque les humeurs qui coulent entre ces petits filets ne sont pas en grande quantité, elles passent toutes assez vite par les ruisseaux qui les contiennent; au moyen de quoi le Corps s'allonge, et les parties solides croissent, sans s'engraisser. Mais lorsque ces humeurs sont fort abondantes, elles ne peuvent couler si aisément entre les petits filets des membres solides; ce qui fait que celles de leurs parties qui ont des figures fort irrégulières en forme de branches, et qui par conséquent passent le plus difficilement de toutes entre ces filets, s'arrêtent parmi eux peu à peu, et y font de la graisse; laquelle ne croît pas dans le Corps, ainsi que la chair, par une nourriture proprement dite, mais seulement parce que plusieurs de ses parties se joignent ensemble, en s'arrêtant les unes aux autres, ainsi que font celles des choses mortes. Et lorsque les humeurs deviennent derechef moins abondantes, elles coulent plus aisément et plus vite) ; *Experimenta*, AT X 190, B Op II 892 (d'une humeur fort tranquille) ; *À Golius*, 19 mai 1635, AT I 319, B 74, p. 292 (mais seulement dans les humeurs de l'un de mes yeux) ; *À Mersenne*, 25 janvier 1638, AT I, 502, B 140, p. 498 (plutôt de ce qu'il n'est pas assez rempli d'humeurs ou d'esprits ; en sorte que ses superficies sont un peu ridées, suivant ce que j'écris en la même page, ligne 8 ; car ces humeurs se diminuent) ; *À Mersenne*, 30 juillet 1640, AT III 123, B 262, p. 1230 (plus que l'humeur vitrée ou cristalline de l'œil. Et il arrive bien plus souvent que des personnes deviennent troublées d'esprit, sans qu'on en sache la cause, auquel cas on la peut attribuer à quelque maladie de cette glande, qu'il n'arrive que la vue manque par quelque maladie de l'humeur cristalline) ; *À Mersenne*, 30 juillet 1640, AT III 139, B 263, p. 1242 (descendre quantité d'humeurs de tout le corps par les intestins, et qu'il n'y a point d'autres voies que je sache, pour ces humeurs).

?

ELEMENTUM / ÉLÉMENT

TEMPERAMENTUM, TEMPERIES / TEMPÉRAMENT

HUMIDUM, HUMIDITAS / HUMIDITÉ

AQUA / EAU

FLUIDUM, FLUIDITAS / FLUIDE, FLUIDITÉ

Rédaction : *Andrea Strazzoni*
Loci cartesiani : *Andrea Strazzoni*